

Hic cum suis Saracenis devastabat Galliam;
Captivabat omnes gentes, que tenent Hispaniam;
Et in tota ripa maris turbabat Italiam;
Predabatur Romaniam usque Alexandriam.

Non est locus toto mundo neque maris insula,
Quam Timini non turbaret horrenda perfidia;
Rhodus, Cyros, Creta, simul et Sardinia
Verabantur, et cum illis nobilis Sicilia.

Hinc captivi redemptorem clamabant altissime,
Et pro orbem universum flebant amarissime.
Reclamant ad Pisanos planctu miserabile,
Concitabat Genueses fletu lacrimabili.

Hoc permotus brevis motu hic utroque populus,
Iniecerunt manus suas ad hoc opus protinus,
Quibus bene preparatus solis tribus mensibus,
Et componunt mille naves stolus licet incertus.

Conveniunt Genueses virtute mirabili,
Et adjuvant se Pisani amore amabili;
Non curant de vita mundi, nec de suis filiis;
Pro amore redemptoris se donant periculis.

Hic accessit Roma potens potenti auxilio,
Suscitatum pro Timini infami martyrio.
Renovatur hinc in illa antiqua memoria,
Quam illustis Scipionis olim dat victoria.

Et repulsi inter istos cum ponte exercitus
Pantaleo Malfitanus inter Græcos Syracusos,
Cum forte et astuta potenti astutia
Et confusa maledicti Timini versutia.

et legimus supra dicta fol. 62

ē (16.) / v

¹deus Malta, seu tale nomen.

⁶reclamant cod.

⁷concitabat cod.

16

16